



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Calendarivm Novum & Antiquum

Thomas <von Kempen>

Coloniae, 1651

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55129](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55129)





Th. 3244.

J I

l.







In Donatione Wilhelm  
Freyherrn von  
zu Salmenz, fass  
Gutholden Lurial  
geh. Paderborn  
1655 in Jahr  
Kempfer Johann



CALENDARIVM

Novum

&

Antiquum

EX OBSERVATIONIBVS

Viri in cœlestibus Peritissimi

Beatæ memoriæ THOMÆ

Malleolide

KEMPIS.

OMNIVM PERFECTIO-

*nis vitæ amantium bono &*

*commodo concin-*

*tum.*



COLONIÆ AGRIPPINÆ,  
Typis WILHELMI FRIESSEMI

Typographi & Bibliopolæ

Anno 1651.



C  
bris p  
scrib  
dit a  
soler  
libri  
na fe  
lend  
batu  
ann  
rum  
stun  
sefer  
à S  
vir  
debi  
mu





## LECTORIS.

CALENDARIVM APVD  
 veteres librum significabat fene-  
 bris pecunia credita, in quo nomina  
 scribebantur. Nomen ex eo descen-  
 dit quod in Calendas olim fenerari  
 solerent, & ideo Calendarum nomine  
 libris suis prapósito, qua deinde nomi-  
 na ferissent, subscriberent. Hinc Ca-  
 lendarium versare aut voluere dice-  
 batur. Nos Christiani id nomen ad  
 annos Christianos transferimus, quo-  
 rum quisque dies proprium sanctū fe-  
 stumue, cuius nomine insignitur, pra-  
 sefert. Iam siue à debita pecunia siue  
 à Sanctis Calendarium nūcupamus,  
 utrumq; nobis accommodari posse vi-  
 debitur. Quid enim? debitores su-  
 mus non carni, vt secundum car-  
 nem



nem viuamus: Rom. 8. Et cuiusdam  
 dictum est. Redde quod debes.  
 Matth. 18. Quin & Christus ipse iu-  
 bet nos rogare dimitti nobis debita  
 nostra. Plena sunt his Euangelia.  
 Præterea quid homine Christiano  
 dignius quam versari cum Sanctis  
 nondum in cælo, saltem adhuc in ter-  
 ris? Quoniam igitur magnus ille di-  
 tissimusq; Paterfamilias Deus à nobis  
 non solum in singulas Calendas, ut  
 olim, sed in singulos adeo dies iure su-  
 ænus recte agendi exposcit, nosq;  
 olim suis sanctis adscribere atque con-  
 iungere concupiscit, eam in rem hoc  
 Calendarium maxime opportunum  
 videbitur. Habes enim hic quoti-  
 die, unde Domino aliquid persoluas.  
 sententias inquam ex aureo de imita-  
 tione Christi libello depromptas, dige-  
 stasque. Quot centurias cogitationum  
 interdum voluimus, quarum quot  
 quæq; erit vel honesta vel utilis. Ad

eas  
 est  
 pau  
 tion  
 ade  
 test  
 stin  
 lita  
 ad  
 fren  
 beb  
 me  
 tua  
 ad  
 uen  
 tibi  
 qua  
 sed  
 pau  
 vir  
 erit  
 bols



PRÆFATIO.

5

eas corrigendas nihil profecto aptius est quam animum adeo vagantem palantemque salutari quadam cogitatione constringere atque coercere. Id adeo parvus hic libellus prestare potest. Lege hic suo diei sententiam destinatam, & habebis quod toto die salutariter occurrat recurratque & in actionibus humanis, ne exorbites, refrenet. An vero molestum videri debet, sententiam de die uno momento legere, in qua tuum commodum, tua salus contineatur? Non inuitaris ad integrum longumque caput euoluendum; sed ad paucula verba, qua tibi propinantur instar theriace, quam non cochlearibus haurimus, sed apice cultri suspensam: quando paucitatem, prestans illa medendi virtus compensat. Et hic salutaris erit curiositas, cum nouus quotidie bolus deuorandus offertur, non suo

A 3

melle



melle vel grata acrimonia destitu-  
tus. Breuia, noua, sana placeant, deli-  
ctant, iuuant. Vale Lector, & si re-  
de valere vis, hinc aliquid quati-  
libabis.

IANVA



Dies  
mensis

## IANVARIVS.

- Kal. 1 **V**anitas vanitatum, & omnia  
vanitas, præter amare  
Deum, & illi soli seruire, l. 1. c. 1.
- IV. 2 Quis te magis impedit, &  
molestat, quam tua immor-  
tificata affectio cordis? l. 1. c. 3.
- III. 3 Non omni homini reueles  
cor tuum, sed cum sapiente &  
timente Deum, age causam  
tuam, l. 1. c. 8.
- Prid. 4 Bona vita refrigerat mentē,  
& pura conscientia, magnam  
apud DEVM præstat confidenti-  
am, l. 1. c. 2.
- Non. 5 Pro nulla re mundi, & pro  
nullius hominis dilectione, ali-  
quod malum est faciendum, l. 1.  
c. 15.
- VIII 6 Totum vanum existima,  
quidquid consolationis occur-  
rit de aliqua creatura, l. 2. c. 5.
- VII 7 Ista summa est sapientia, per  
contemptum mundi tendere  
ad cœlestia regna, l. 1. c. 1.
- VI 8 Nostra opinio, & noster sen-



sus, sæpe nos fallit, & modicum videt. l. I. c. 3.

V 9 Nemo est in mundo sine aliqua tribulatione vel angustia, quamvis rex sit vel Papa, l. I. c. 21

IV 10 Stude patiens esse in tolerando aliorum defectus, l. I. c. 16.

III 11 Tunc melius interiorem testem Deum quarimus, quando foris vilipendimur ab hominibus, & nõ bene nobis creditur. l. I. c. 12.

Prid. 12 Sicut oculus tuus alios considerat, sic iterum ab alijs notaris, l. I. c. 25.

Idib. 13 Ignis probat ferrum, & tentatio hominem iustum l. I. c. 13.

XIX. 14 Gaudebis semper vespere, si diẽ expendas fructuosẽ. l. I. c. 25.

XVIII. 15 Sequentes suam sensualitatem, maculant conscientiam, & perdunt Dei gratiam. l. I. c. 14.

XVII 16 Bonus & deuotus homo, opera sua prius intus disponit, quæ foris agere debet, l. I. c. 3.

XVI. 17 Quis est qui melius habet? utriquẽ, qui pro Deo aliquid patitur, si valet, l. I. c. 22.



- XV 18 Habeas semper oculum super te primum & admoneas te ipsum specialiter præ omnibus tibi dilectis l. 1. c. 21.
- XIV. 19 Erras, erras si aliud quæris, quam pati tribulationes: quia tota ista vita mortalis, plena est miserijs, & circumsignata crucibus, l. 2. c. 12.
- XIII, 20 Non est magnum cum bonis & mansuetis conuersari: hoc omnibus naturaliter placet, & vnusquisq; libenter pacem habet, & secum sentientes magis diligit, l. 2. c. 3.
- XII. 21 Propter leuitatem cordis, & negligentiam defectuum nostrorum, non sentimus animæ nostræ dolores, l. 1. c. 21.
- XI, 22 Non enim paruum munus est, quod à summo Deo donatur, etiam si pœnas & verbera donauerit, gratum esse debet, quia semper pro salute nostra facit, quidquid nobis aduenit, permittit, l. 2. c. 20.
- X 23 Dixit quidam, quoties inte  
 A S homi



homines fui, minor homo u-  
dij; hoc sepius experimur, quan-  
do diu confabulamur, l. 1. c. 20.

X 24 Omnes volunt cum Christo  
gaudere, sed pauci volunt cum  
Christo aliquid sustinere, l. 2.  
c. 11.

VIII 25. Si tu esses intus bonus & Pu-  
rus, tunc omnia sine impedi-  
mento videres. & bene caperes,  
l. 2. c. 4.

VII. 26 Non dormit Diabolus, nec  
caro adhuc mortua est, ideo  
non cesses præparare te: ad cer-  
tamen, l. 2. c. 9.

VI. 2 Excedunt spirituales consola-  
tiones omnes mundi delicias,  
& carnis voluptates, l. 2. c. 10.

V. 28 Si est gaudium in mundo,  
hoc utique possidet puri cordis  
homo, l. 2, c. 4.

IV. 29. Nunquam sis ex toto otiosus,  
sed aut legens, aut scribens, aut  
orans, aut meditans, aut aliquid  
utilitatis pro communi labo-  
rans, l. 1. c. 19.

III. 30 Magnam habet cordis trans-  
quilli-



NOVVM, ET ANTIQ. 11

quillitatem, qui nec laudes curat, nec vituperia. Non es sanctior, si laudaris: nec vilior, si tu vituperaris. Quod es hoc es: nec maior dici vales, quam (Deo teste) sis, l. 2. c. 6.

Prid. 31 Nihil Deo acceptius, nihil tibi salubrius in mundo isto, quam libenter pati pro Christo l. 2. c. 12.

Dies mensis

FEBRVARIVS.

Kal. 1. HÆC est altissima & utilissima lectio sui ipsius vera cognitio & despectio, l. 1. c. 2.

IV. 2 Non magni pendas, quis pro te vel contra te sit: sed hoc age & cura, vt DEVS tecum sit in omni re, quam facis, l. 2. c. 2.

III. 3 Merito deberes libenter modicum pati pro Christo, cum multj grauiora patiantur pro mundo, l. 2. c. 12.

Prid. 4. Scientes libenter volunt videri & sapientes dici, l. 1. c. 2.

Non, 5. Homo internus cito se recolligit; quia nunquam se totum ad



- ad exteriora effundit, l. 2. c. 1.
- VIII. 6 Si mundum amo, felicitatibus mundi congaudeo, & de aduersitatibus eius tristor, l. 3. c. 53.
- VII. 7 Si fuerit tecum IESVS, nullus poterit nocere inimicus, l. 1. c. 8.
- VI. 8 Quis tu, vt timeas á mortali homine iudicari? Hodie est, & cras non comparet, l. 3. c. 47.
- V 9 Habeas bonam conscientiam, & DEUS bene te defendabit l. 2. c. 2.
- IV 10 Bonum est nobis, quod aliquando habemus aliquas grauitates & contrarietates, l. 1. c. 12.
- III 11 Purus, simplex, & stabilis Spiritus in multis operibus non dissipatur, l. 1. c. 3.
- Prid. 12 Raro totus liber quis inuenitur á nauo propriae exquisi- tionis, l. 3. c. 38.
- Idib. 13 Multi occultè seipfos querunt in rebus, quas agunt, & nesciunt, l. 1. c. 14.

Pone



- XVI. 14 Pone totam fiduciam tuam  
in Domino, & fit ipse timor  
tuus, & amor tuus, l. 2. c. 1.
- XV 15 Multi quærunt, quis maior sit  
in regno Dei, qui ignorant, an  
cum minimis erunt digni com-  
putari, l. 3. c. 58.
- XIV. 16 Vigila super te ipsum, excita  
te ipsum, admone te ipsum:  
& quidquid de alijs sit. non  
negligas te ipsum, l. 1. c. 25.
- XIII 17 Oportet te aliorum grauiora  
ad mentem reducere, vt leuius  
feras tua minima, l. 3. c. 21.
- XII 18 Homo pacificus plus prodest.  
quam bene doctus, l. 2. c. 3.
- XI 19 Fallax fallacem, vanus vanum,  
cæcus cæcum, infirmus infir-  
mum decipit, dum exaltat: &  
veraciter magis confundit,  
dum inaniter laudat, l. 3. c. 55.
- X 20 Illa studeas magis cauere, &  
vincere, quæ tibi frequentius  
in alijs duplicent, l. 1. c. 25.
- IX 21 Humanum ne metuas iu-  
dicium, vbi te conscientia piû  
reddit & infontem, l. 3. c. 41.



- VIII. 22. Soli Deo & angelis eius opta familiaris esse: & hominum notitiam deuita, l. 1. c. 8.
- VII. 23. Satis citò sentimus, & ponderamus. quod ab alijs sustinemus: sed quantum alijs à nobis sustinent, non aduertimus, l. 2. c. 5.
- VI. 24. Si ambulas ab intrà, non multum ponderabis volantia verba, l. 3. c. 33.
- V. 25. Memento semper finis, & quod perditum non redit tempus. l. 1. c. 25.
- IV. 26. Non est magna fiducia ponenda in homine fragili & mortali, etiam si utilis sit & dilectus: neque tristitia multa capienda ex hoc, si interdum aduersetur & contradicat, l. 2. c. 1.
- III. 27. Putas quòd semper habebis pro tua voluntate consolationes spirituales l. 3. c. 40.
- Præid. 28. Vult DEVS, vt tribulationem sine consolatione discas pati: & vs. illi totaliter te subijcias, &



NOVVM, ET ANTIQ. IS  
& humilior ex tribulatione fi-  
as, l. 2. c. 12.

Dies  
mensis

## MARTIVS.

- Kal. 1 **N**ON est aliquis ordo tam  
sanctus, nec locus tam se-  
cretus, vbi non sint tentatio-  
nes, vel aduersitates, l. 1. c. 13.
- VI. 2 Quam felix & prudens, quō  
talis nunc nititur esse in vita,  
qualis optat inveniri in morte,  
l. 1. c. 23.
- V. 3 Nimis casualiter stat, qui non  
proicit omnem sollicitudinem  
in te Domine, l. 3. c. 19.
- IV. 4 Homines fumus, nec aliud,  
quam fragiles homines sumus,  
etiamsi angeli à multis æstima-  
mur, & dicimur, l. 3. c. 70.
- III 5 Eâdem re vnde quis delectatio-  
nem concipit, inde doloris pœ-  
nam frequenter recipit, l. 3, c.  
13.
- Prid. 6 Omnibus ergo perlectis &  
scrutatis, sit ista finalis con-  
clu-



- conclusio: Quoniam per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum Dei. l. 2. c. 12.
- Non. 7 Hæc est gratia ad amicorum, pati & tribulari in mundo pro amore tuo, quotiescunque, à quocunque, & quomodocunque id permiseris fieri, l. 3. c. 55.
- XIII 8 Quid quæris quietem, cum natus sis ad laborem? l. 2. c. 10.
- VII 9 Cum humilibus & simplicibus, cum deuotis & morigeratis sociare: & quæ ædificationis erunt, pertracta, l. 1. c. 8.
- VI 10 Testimonium hominum sæpe fallit, meum iudicium verum est. stabit & non subuertetur, l. 3. c. 51.
- V 11 Non potes effugere crucem, quocunque cucurreris: quia quocunque perueneris, te ipsum tecum portas, & semper te ipsum inuenies, l. 2. c. 12.
- IV 12 Non attrahas tibi res aliorum, nec te implices causis maiorum, l. 1. c. 21.



- III 13 Si Spiritum amo, de spiritua-  
libus cogitare delector, l. 3.  
c. 13.
- Frid. 14 Tentatio est vita humana  
super terram, l. I. c. 13.
- Idib 15 Verum est, quòd vnusquisque  
libenter, agit pro sensu suo, &  
inclinatur ad eos magis, qui se-  
cum sentiunt, l. I. c. 9.
- XVII. 16 Nihil magis dignus sum,  
quàm flagellari & puniri: quia  
grauiter & sæpe te offendi, &  
in multis valde deliqui, l. 3.  
c. 57.
- XVI 17 Diuitibus noli blandiri, & co-  
ram magnatibus non libenter  
appareas, l. I. c. 8.
- XV 18 Non fit pax tua in ore homi-  
num, siue enim bene, siue male  
interpretati fuerint, non ideo  
es alter homo, l. 3. c. 33.
- XIV 19 Nescimus sæpe, quid possu-  
mus; sed tentatio aperit, quid  
sumus l. I. c. 13.
- XI. I 20 Si reus es, cogita, quòd te  
libenter velis emendare, l. 3.  
c. 51.



- XII. 21. Mundi gloriam semper comitatur tristitia, l. 2. c. 6.
- XI. 22 Nemo ita cordialiter sentit passionem Christi, sicuti, cui contigerit similia pati, l. 2. c. 12.
- X. 23 Nisi steteris in Deo, per mutare te potes, sed non meliorare, l. 3. c. 31.
- IX. 24 Vna tentatione seu tribulatione recedente alia superuenit: & semper aliquid ad patientiam habebimus, l. 1. c. 13.
- VIII. 25 Audiui enim saepe, securius esse audire, quam dare consilium, l. 1. c. 9.
- VII. 26 Fili, noli credere affectui tuo, qui nunc est: cito mutabitur in aliud, l. 3. c. 38.
- VI. 27 Putamus aliquando alijs placere ex coniunctione nostra, & incipimus magis displicere ex morum improbitate in nobis considerata, l. 1. c. 8.
- V. 28 Esto prouidus, & vigila in orationibus, & humilia te in omnibus, l. 3. c. 28.

IV. 29 Noa



- IV. 29. Non magni pendas, quis pro te, vel contra te sit: sed hoc age, & cura, vt Deus tecum sit in omni re, quam facis, l. 2. c. 2.
- III. 30 Nulla bona actio te impedit, si liber intus ab omni inordinato affectu fueris, l. 2. c. 4.
- Prid. 31. Petent alij & accipient, tu petes, nec impetrabis. Erunt alij magni in ore hominum, de te autem tacebitur, l. 3. c. 54.

Dies  
mensis

## APRILIS.

Kal: Bonus & pacificus homo, omnia ad bonum conuertit, l. 2. c. 3.

IV. 2. Si libenter crucem portas, portabit te, & deducet te ad desideratum finem, vbi scilicet finis patiendi erit, quamuis hic non erit l. 2. c. 12.

III. 3. Tu facta tua bene scis excusare & colorare: & aliorum non vis recipere excusationes, l. 2. c. 3.

Prid: 4



- Prid. 4 Charitas habenda est ad omnes : sed familiaritas non expedit, l. 1. c. 8.
- Non. 5 Dimitte omnia, & inuenies omnia, l. 3. c. 37.
- VIII 6 Scias pro certo, quia morienti te, oportet te ducere vitam : & quanto plus quisque sibi moritur, tanto magis Deo viuere incipit, l. 2. c. 12.
- VII 7 Inter hostes versaris; à dextris, & à sinistris impugnaris, l. 3. c. 40.
- VI 8 In Deo fundati & confirmati, nullo modo possunt esse elati, l. 2. c. 10.
- V 9 Ex puro corde procedunt fructus bonæ vitæ, l. 3. c. 36.
- IV 10 Si inuitè portas, onus tibi facis, & te ipsum magis grauas, & tamen oportet, vt sustineas, l. 2. c. 12.
- III 11 Iustius esset, vs te accusares, & fratrem tuum excusares, l. 2. c. 2.
- Prid. 12 Qui paruos non vitat defectus, paulatim labitur ad maiores, l. 1. c. 25.



- Idib. 13 Utile mihi, quod confusio co-  
operuit faciem meam, vt te po-  
tius, quàm homines ad conso-  
landum requiram, l. 3. c. 55.
- XVIII 14 Crux igitur parata est, & vbi-  
que te expectat, l. 2. c. 12.
- XVII 15 Non sis familiaris alicui mu-  
lieri. Sed in communi omnes  
bonas mulieres Deo commen-  
da, l. 1. c. 8.
- XVI 16 Bona conscientia valde mul-  
ta potest portare, & valde læta  
est inter aduersa. Bonorù glo-  
ria in Conscientijs eorum est,  
non in ore hominum, l. 2. c. 6.
- XV 17 Quod alij dicunt, audietur:  
quod dices, pro nihilo compu-  
tabitur, l. 3. c. 54.
- XIV 18 Fili, ad istud diligenter atten-  
dere debes, vt in omni loco, a-  
ctione, seu occupatione exter-  
na, sis interius liber, & tui ip-  
sius potens, l. 3. c. 43.
- XIII 19 Si portari vis, porta & alium,  
l. 2. c. 3.
- XII 20 Vna tribulatione seu tenta-  
tione recedente, alia succedit:  
sed



sed adhuc priore durate confli-  
ctu, alij plures superueniunt &  
insperari. l. 3. c. 22.

XI. 21

Qui bene in pace est, de  
nullo suspicatur: qui autem  
male contentus est & commo-  
tus, varijs suspicionibus agita-  
tur, nec ipse quiescit, nec ali-  
os quiescere permittit. l. 2. c. 3.

X. 22.

Cum iuuenibus, & extra-  
neis, rarus esto. l. 1. c. 8.

IX. 23

Oportet te sæpe agere, quod  
non vis, & quod vis, oportet te  
relinquere, l. 3. c. 54.

VIII. 24

Si vis exaltari in cælo,  
humilia te in mundo. l. 3.

VII. 25

Bonum est, quod patia-  
mur quandoque contradic-  
tores, & quod malè & imperfe-  
ctè de nobis sentiant, etiamsi  
benè agimus & intendimus, l.  
1. c. 12.

VI. 26

Vtinam in te penitus non  
dormitet profectus virtutum,  
qui multa sæpius exempla vi-  
disti deuotorum. l. 1. c. 18.

V. 27

Quod alijs placet, successum  
habe



habebit: quod tibi placet. vltra non proficiet. l. 3. c. 54.

IV. 28 Qui hodie tecum sunt: eras contrariari possunt, & e conuerso saepe vt aura vertuntur. l. 2. c. 1.

III. 29 Dimitte cupiditatem, & inuenies requiem. l. 3. c. 37.

Prid. 30 Scito, quia amor tui ipsius magis nocet tibi, quam aliqua res mundi, l. 3. c. 31.

Dies mensis

MAIVS.

Kalend. 1

Nolle alijs acquiescere, cum id ratio aut causa postulat, signum est superbiae & pertinaciae. l. 1. c. 9.

II. 2 Si abijcis vnam crucem aliam: procul dubio inuenies, & forsitan grauiorem. l. 2. c. 12.

V. 3 Vincenti datur manna, & corpenti relinquitur multa miseria. l. 3. c. 40.

IV. 4 Imaginatio locorum & mutatio, multos fefellit. l. 1. c. 9.

III. 5 Fili comitte mihi super causam tuae, & ego bene disponam in tempore suo. l. 3. c. 44. Prid.



- Prid. 6 Non est graue, humanum cō-  
teinnere solatium, cum adest  
diuinum, l. 2. c. 9.
- Non. 7 Time iudicia DEI, expauesce  
iram omnipotentis, l. 3.
- VIII 8 In multis te oportet te esse in-  
scium, & æstimare tanquam  
mortuum super terram, & cui  
totus mundus crucifixus sit, l.  
3. c. 49.
- V. I 9 Sed nec inimicum diabolum  
timebis, si fueris fide armatus,  
& IESV cruce signatus, l. 2.  
c. 12.
- VI 10 Transitoria sinistro intnere  
oculo, & dextro cœlestia, l. 2.  
c. 43.
- V 11 Oportet ad voluntatem Dei  
æquanimiter stare, & cuncta  
supervenientia tibi ad laudem  
IESV Christi perpeti, l. 2. c. 8.
- IV 12 Hæc mihi sit consolatio: li-  
benter velle carere omni huma-  
no solatio; l. 3. c. 18.
- III 13 Dilectio creaturæ, fallax est  
& instabilis: dilectio I E S V:  
fide.



fidelis & perseverabilis. l. 2. c. 7.

Prid. 14 Verbum verum & stabile da  
in os meum DEUS, & linguam  
callidam longè fac à me, l. 3. c.  
50.

Idib. 15 Exteriora nostra & interio-  
ra pariter, nobis scrutanda sūt  
& ordinanda: quia vtraq; ex-  
pediunt ad profectum, l. 1. c. 19.

XVII. 16 Nemo aptus est ad compre-  
hendendum cœlestia, nisi se  
submiterit ad portandum pro  
CHRISTO aduersa, l. 2. c. 12.

XVI. 17 Ad hoc conare, hoc ora, hoc  
stude desiderare, vt ab omni  
proprietate possis exspoliari, &  
nudus nudum IESUM sequi, lib.  
2. c. 42.

XV. 18 Homo passionatus, etiam  
bonum in malum trahit: &  
faciliter malum credit, l. 2. c. 3.

XVI. 19 Sicut in prosperis ei placeo:  
ita nec in aduersis displiceo, l.  
3. c. 7.

XIII. 20 Sustine cum Christo, & pro  
Christo, si vis regnare cum  
Christo, l. 2. c. 1.

B

XII. 21



- XII. 21 Non minimum est, etiam  
in minimis se relinquere. lib. 3.  
c. 44.
- XI. 22 Non est salus animæ, nec  
spes æternæ vitæ, nisi in cruce.  
l. 2. c. 12.
- X. 23 Ut æterna futura supplicia  
possis euadere, mala præsentia  
studeas pro Deo æquanimiter  
tolerare l. 3. c. 13.
- IX. 24 Quem Deus adiuuare vo-  
luerit, nullius peruerfitas no-  
cere poterit. l. 2. c. 2.
- VIII. 25 Quia despici metuis, re-  
prehendi pro excessibus non  
vis, & excusationum quaris  
vmbracula l. 3. c. 11.
- VII. 26 Habe primum zelum su-  
per teipsum: tunc zelare  
poteris etiam iuste proximum  
tuum l. 2. c. 2.
- VI. 27 Nihil sic timeas, nihil sic  
viruperes, & fugias, sicut vi-  
tia & peccata tua, quæ magis  
displicere debent, quam quæ  
libet rerum damna. lib. 3.  
cap. 5.

V. 2

IV,

III.

Prid

D

m

Kal

V. 27



V. 28 Cui sapiunt omnia, prout  
sunt, non vt dicuntur aut æ-  
stimantur, hic verè sapiens est,  
& doctus magis à Deo, quàm  
ab hominibus. l. 2. c. 1.

IV. 29 Fili, erige cor tuum ad  
me in cœlum, & non contri-  
stabit te contemptus hominis  
in terris. l. 2. c. 46.

III. 30 Conuerte te supra, con-  
uerte te infra, conuerte te ex-  
trâ, & intrâ, & in omnibus,  
inuenies crucem, & necesse est  
te vtique tenere patientiam, si  
internam vis habere pacem, &  
perpetuam promereri coro-  
nam. l. 2. c. 12.

Prid. 31 Non est hoc purum &  
perfectum, quod propria com-  
moditate est infectum. lib. 3.  
cap. 54.

Dies  
mensis

## IVNIUS

Kal. 1

Vbi es quando tibi præ-  
sens non es; & quando  
omnia percussisti, quid te ne-  
glecto profecisti? l. 2. c. 5.

B 2

IV. 2.



- IV. 2 Ego reum & innocentem iudicabo : sed occulto iudicio utrumque antè probare volui. 3. c. 51.
- III. 3<sup>o</sup> Non omnis affectio quæ videtur bona, statim est sequenda : sed nec omnis contraria affectio, ad primum facienda. 3. c. 12.
- Prid. 4 Iustorum lætitia de Deo & in Deo est, & gaudium eorum de veritate l. 2. c. 6
- Non. 5 Si carnem diligo, quæ carnis sunt, sapissime imaginor. l. 3. c. 53.
- VIII. 6 Patientiam omnes cõmendant, quamvis pauci tamen pati velint l. 2. c. 12.
- VII 7 Iustus non conturbabitur quidquid à Deo ei acciderit. l. 3. c. 51.
- VI. 8 Si pati non vis, recusas coronari : Si autem coronari desideras, certa viriliter, sustine patienter. l. 3. c. 21
- V. 9 Noli nimis in sensu tuo credere.



fidere, sed velis etiam libenter  
aliornm sensum audire. l. 1. c. 9

IV. 10

Plus proficis in relinquendo  
omnia, quam in studendo sub-  
tilia l. 3. c. 48.

III. 18

Nunquam eris internus & de-  
votus, nisi de alienis silueris, &  
ad te ipsum specialiter respexe-  
ris l. 2. c. 5.

Frid. 12

Siue parua, siue magna sint,  
stude cuncta patienter ferre. l.  
2. c. 21.

Idib. 13

Qualis vnusquisque intus est,  
taliter iudicat exterius. l. 2. c. 4.

XVIII. 14

Multi mala loquuntur, & ideo  
parua fides est adhibenda. lib.  
3. cap. 41.

XVII. 15

Habe bonam conscientiam,  
& semper habebis lætitiã. l.  
2. c. 6.

XVI. 16

Non componas te ad mul-  
tam requiem, sed ad magnam  
patientiam. l. 3. c. 40.

XV. 17

Sæpe videtur esse charitas, &  
est magis carnalitas: quia car-  
nalis inclinatio, propria volun-



lunas, spes retributionis, affectus, commoditas, raro abesse volunt. l. 1. c. 15.

XIV. 18 Si recte me inspicio, nunquam mihi facta est iniuria ab aliqua creatura. l. 1. c. 46.

XIII. 19 Si tu scis tacere & pati, videbis procul dubio Domini auxilium l. 2. c. 2.

XII. 20 Quære veram pacem non in terris, sed in caelis; non in hominibus, nec in cæteris creaturis, sed in Deo solo l. 3. c. 40.

XI. 21 Modicum lumen est in nobis, & hoc citò per negligentiam amittimus. l. 2. c. 15.

X. 22 Fili, magis placent mihi patientia & humilitas in adversis, quam multa consolatio & deuotio in prosperis l. 3.

X. 23 Qui bene in pace est, de nullo suspicatur. l. 2. c. 3.

VIII. 24 Ex inordinato amore & vano timore, oritur omnis inquietudo cordis & distractio sensuum l. 3. c. 33.

VII. 25 Christus pati voluit & de  
spicere



spici. & tu audes de aliquo con-  
queri? l. 2. c. 1.

VI. 26 Noli concupiscere, quod  
non licet habere l. 3. c. 31.

V. 27 Hoc optandum est tibi, vt si-  
ue per vitam, siue per mortem  
Deus semper in te glorificetur  
l. 3. c. 53.

IV. 28 Iustè fit: vt qui inordinatè  
delectationes quærunt, & sequun-  
tur, non sine amaritudine &  
cõfusione eas expleant l. 3. c. 13.

III. 29 Tota vita Christi crux fuit,  
& martyrium, & tu tibi quæris  
requiem & gaudium. l. 2. c. 12.

Prid, 30 Vanum est & inutile de fu-  
turis conturbari, vel gratulari,  
quæ fortè nunquam euenient  
l. 3. c. 35.

Dies

## IVLIVS.

mensis

Kal, 1

SI fuerit amor tuus purus, sim-  
plex, & bene ordinatus, eris  
sine captiuitate rerum. l. 3. c. 31.

VI. 3

Quid times tollere crucem  
per quam itur ad regnum? l. 2.  
cap. 12.

P 4

Y. 32



V. 3

Deuotus homo vbique secum fert consolatorem suum Iesum, & dicit ad eum; Adesto mihi Domine Iesu in omni loco & tempore, l. 3. c. 18.

IV. 4

Internus homo, sui ipsius curam omnibus curis antepo- nit: & qui sibi ipsi diligenter in- tendit, facilliter de alijs tacet. l. 2. c. 5.

III. 5

Non est molestior & peior animæ hostis, quam tu ipse tibi, non bene concordans spiri- tui. l. 3. c. 14.

Trid. 6

Pro modica hac voluntate, quam nunc sponte deseris, ha- bebis semper voluntatem tuam in cœlis. l. 3. c. 54.

Non. 7

Sæpe in oculis meis reperi- tur culpabile, quod hominum iudicio creditur laudabile. l. 3. c. 51.

VIII. 8

Omnis tibi creatura specu- lum vitæ, & liber sanctæ doctri- næ est l. 2. c. 4.

VII. 9

Quid est homo inde melior, quia



quia reputatur ab homine ma-  
ior? l. 3. c. 55.

VI. 10 Tentatio est, quæ te vexat:  
& formido vana, quæ te exter-  
ret l. 3. c. 35.

V. 11 Si vis regnare mecum, porta  
Crucem mecum, soli enim ser-  
ui Crucis, inveniunt viam bea-  
titudinis & veræ lucis. l. 3. c. 61

IV. 12 Quæ homo in se, vel in alijs  
emendare non valet, debet pa-  
tienter sustinere donec Deus  
aliter ordinet l. 1. c. 16.

III. 13 O quanta fiducia erit mo-  
rituro, quem nullius rei affe-  
ctus detinet in mundo. l. 3. c. 58

Prid. 14 Qui non appetit hominibus  
placere, nec displicere timet,  
multa perfruetur pace, l. 3. c. 32.

Idib. 25 Sæpe valde prodest ad ma-  
iorem humilitatem conseruan-  
dam, quod defectus nostros a-  
lij sciunt, & redarguunt. lib. 2.  
cap. 2.

XVII. 16 Ecce si cuncta contra te di-  
serentur, quæ fingi malitiosif-  
sime

E s

sime



simè posset quid tibi noceret, si omnino transire permitteres, nec plus quam festucam perpenderes. l. 3. c. 51.

XVI. 17 Quid importat sollicitudo de futuris contingentibus, nisi vt tristitiam super tristitiam habeas. l. 3. c. 35.

XV. 18. Interdum à Deo resisteris, interdum à proximo exercitaberis: & quod amplius est, saepe tibi metipsum gravis eris, nec tamen aliquo remedio vel solatio liberari seu alleviari poteris: sed donec Deus voluerit, oportet quod sustineas. l. 2. c. 12.

XIV. 19 A notis & à charis amicis oportet elongari, & ab omni temporali solatio mentem tenere priuatam. l. 3. c. 58.

XIII. 20 Quid potest aliquis in te verbis aut iniurijs? sibi potius nocet, quam tibi; nec poterit iudicium Dei effugere, quicumque est ille. l. 3. c. 41.

XII. 21 Cogita peccata tua cum  
displ.



displacencia magna & maiore  
re, & nunquam repures te ali-  
quid esse propter opera bona  
l. 3. c. 5.

XI. 22 Propter diuersitatem sen-  
suum & opinionum, satis fre-  
quenter oriuntur dissensio-  
nes inter amicos & ciues. lib.  
I. c. 14.

X. 23 Non est regnum Dei in  
sermone, sed in virtute. lib.  
I. c. 48.

IX. 24 Pax tua erit in multa pati-  
entia. Nunquam autem sentire  
aliquam turbationem, nec pati  
aliquam cordis vel corporis  
molestiam, non est presentis  
temporis, sed status æternæ qui-  
etis l. 3. c. 29.

VIII. 25 Deum time, & hominum  
terrores non expauesces. lib.  
3. c. 41.

VII. 26 Quomodo potest amari  
vita habens tantas amaritudi-  
nes, & tot subiecta calamita-  
tibus & miserijs? l. 3. c. 27.

VI. 27 Breuis gloria, quæ ab homi-  
nibus datur & accipitur. l. 2. c. 6



V. 28

Si recursum habes ad semper viuentem & manentem veritatem, non contristabit te amicus recedens aut moriens. l.3.c.47.

IV. 29

Multa oportet surda aure pertransire, & quæ tuæ pacis sunt, magis cogitare, l.3.c.49.

III. 30

Cogita in gratia, quam miser & inops esse soles sine gratia. l.3.c.8.

Prid. 31.

Vere inanis gloria, mala pestis. vanitas maxima: quia à vera trahit gloria, & cœlesti spoliat gratia, l.3.c.45.

Dies mensis

## AVGVSTVS.

Kal. I.

**N**on est alia via ad vitam, & ad veram internam pacem, nisi via sanctæ crucis & quotidianæ mortificationis. l.2.c.12.

IV. 2.

Pro amore Dei debes omnia libenter subire l.3.c.40.

III. 3.

Noli discutere opera altissimi: sed tuas iniquitates perscruta-



scrutare, in quantis deliquisti,  
& quam multa bona neglexisti.  
l. 3. c. 5.

Prid. 4. Sint temporalia in vfu, æ-  
terna in desiderio. l. 8. c. 18.

Non. 5. Habet magnum & salubre  
purgatorium, patiens homo,  
fufcipiens iniurias, plus dolet  
de alterius malitia, quam de  
fua iniuria: qui pro contrari-  
antibus fibi libenter orat. & ex  
corde culpas indulget: qui ve-  
niam ab alijs perere non tardat.  
lib. 1. c. 24.

VIII. 6. Totum mundum nihil  
æftima, Dei vocationem omni-  
bus exterioribus antepone. l.  
3. c. 58.

VII. 7. Si non vteris vndique scu-  
to patientiæ, non eris diu sine  
vulnere. l. 2. c. 5.

VI. 8. Amans Deum anima sub  
Deo despicit vniuerfa. l. 2. c. 5.

V. 9. Si præuifa etiam lædunt:  
fape, quid improuifa, nisi gra-  
uiter etiam feriunt? l. 3. c. 50.

B 7

IV. 10.



- IV. 10 Quam diu mortale corpus  
geris, tædium senties & grau-  
men cordis, l. 3. c. 56.
- III. 11. Commotus vir confide-  
rat, quod alij facere tenentur,  
& negligit, quod ipse facere te-  
netur l. 2. c. 3.
- Prid. 12 Nulla est sanctitas, si ma-  
num tuam Domine subtrahas.  
l. 3. c. 15.
- Idib. 13 Sæpe homo rem aliquam  
agitat, quam desiderat: sed cum  
ad eam peruenit, aliter inci-  
pit sentire, quia affectiones cir-  
ca idem non sunt durabiles, sed  
magis de vno in aliud nos im-  
pellunt. l. 3. c. 44.
- XIX. 14 Auferetur ab elato, quod  
dari solet humili. l. 5. c. 10.
- XVIII. 15 Disce obtemperare pul-  
uis. l. 3. c. 14.
- XVII. 16 Vt quid te contristat par-  
uum factum contra te dictum?  
Si amplius fuisset, commoueri  
non debuisses: Sed nunc di-  
mitte transire Non est pri-  
mum, nec nouum, nec vlti-  
mum erit, si diu vixeris l. 3. c. 62.
- XVI. 17



- XVI. 17 Mala conscientia semper timida est & inquieta. l. 2. c. 8.
- XV. 18 Non sit tibi cura de magni nominis umbra, & de multorum familiaritate, nec de priuata hominum dilectione. l. 3. c. 28.
- XIV. 19 Vtilius est, oculos a rebus displicentibus auertere, & unicuique suum sentire relinquere, quam contentiosis sermonibus deseruire. lib. 3. c. 9.
- XIII. 20 Ab omnibus oportet te aliquando separari: siue velis: siue nolis. l. 2. c. 7.
- XII. 23 Alijs hoc vel illud committetur: tu autem ad nihil vtilis iudicaberis. Propter hoc natura aliquando contristabitur & magnum certamen sustinebit, sed magnum bonum inde consequeris, si silens portaueris. lib. 3. cap. 54.
- XI. 22 In omni re reperitur aliquis



- quis defectus: & in omni loco  
erit, qui aduersetur. l. 3. c. 31.
- X. 23. Non potest esse nisi bo-  
num, quidquid de me (ait  
Christus) teceris l. 2. c. 19.
- IX. 24 Non debemus nobis ipsis  
nimis credere, quia saepe nobis  
gratia deest, & sensus. l. 2. c. 5.
- VIII. 25 Fili, noli esse curiosus, nec  
vacuas gere sollicitudines. Ista  
enim generant distinctiones &  
magnas in corde obscuritates.  
l. 3. c. 28.
- VII. 26 Propter Iesum suscepimus  
hanc crucem, propter Iesum  
perseueremus in cruce. lib.  
3. cap.
- VI. 27 Si bonum est tuum sentire,  
& hoc ipsum propter Deum  
dimittis, & alium sequeris, ma-  
gis exinde proficies. l. 1. c. 9.
- V. 28 Ad me recurrendum est in  
omni iudicio, nec proprio in-  
nitendum arbitrio. l. 3. c. 31.
- IV. 29. Munit parum locus, si de-  
est spiritus feruoris. l. 3. c. 31.



III. 30 Quid times tollere crucem,  
per quam itur ad rēgnū. lib.  
l. cap. 12.

Prid. 31 In vera contritione &  
cordis humiliatione nascitur  
spes veniæ, reconciliatur per-  
turbata conscientia, reparatur  
gratia perdita, tutus fit homo  
à futura ira, & occurrunt sibi  
mutuò in osculo sancto Deus &  
pœnitens anima. l. 3. c. 57.

Dies  
mensis  
Kalend. 1

## SEPTEMBER.

Multò nobilior est illa  
doctrina, quæ defur-  
sum ex diuina influenza ma-  
nat, quàm quæ laboriose hu-  
mano acquiritur ingenio. l.  
3. c. 36.

IV. 2 Quidam non planè Deo  
confidunt, ideo prouidere sibi  
fatagunt. l. 3. c. 42.

III. 3 Stude cor tuum ab amore  
visibilium abstrahere, & ad in-  
uisibilia te transferre. l. 1. c. 1.

Prid. 4 Quis est homo, qui ita cautè  
&c



& circumspicere in omnibus se  
custodire valeret, vt aliquando  
in aliquam deceptionem vel  
perplexitatem non veniat. l.  
3. c. 50.

Non. 5 Si non vincis parua &  
leuia, quando superabis diffici-  
cilia? l. 1. c. 11.

VIII. 6 Per multas tribulationes  
oportet nos intrare regnum  
Dei l. 2. c. 12.

VII. 7 Natura exteriora homi-  
nis respicit, gratia ad interi-  
ora se conuertit, illa frequen-  
ter fallitur, ista in Deo spe-  
rat, vt non decipiatur, l. 3. c. 36.

VI. 8 Quis habet fortius certame-  
n, quam qui nititur vincere  
se ipsum? l. 2. c. 3.

V. 9 Non reputes te aliquid pro-  
fecisse, nisi omnibus inferior-  
em te sentias. l. 2. c. 2.

IV. 10. Sint omnia sub te, & tu  
non sub eis. l. 3. c. 43.

III. 12 Esse sine Iesu, grauis est in-  
fernus: & esse cum Iesu dulcis  
paradisus. l. 2. c. 8.

Prid, 12



- Prid. 12 Si vis vtiliter aliquid sci-  
re & dicere, ama nesciri, & pro  
pro nihilo reputari. l. 1. c. 2.
- Idib. 13 Vinam non multum ad-  
hererem futuris euentibus,  
sed & ad beneplacitum tuum  
me incunctanter offerrem. l.  
3. c. 44.
- XVIII. 14 Rarò inuenietur tam  
spiritualis aliquis, qui omnibus  
sit nudatus. l. 2. c. 11.
- XVII. 15 Non est hominis felici-  
tas, habere temporalia ad abun-  
dantiam: sed sufficit ei medio-  
critas l. 1. c. 22.
- XVI. 16 Nec est extra me valens  
auxilium, neque vtile consili-  
um. sed neque durabile remedi-  
um l. 3. c. 35,
- XV. 17 Si aliquid boni habueris,  
crede de alijs meliora, vt humi-  
litate conferues. l. 1. c. 7.
- XIV. 18 Dispone, & ordina om-  
nia secundum tuum velle, &  
videre, & non inuenies, nisi  
semper aliquid pati debere,  
aut sponte, aut inuitè. lib. 2.  
cap. 12.
- XIII. 19.



- XIII. 19 Nunquam sentire aliquam  
perturbationem, nec pati ali-  
quam cordis vel corporis mo-  
lestiam, non est præsentis tem-  
poris: sed status æternæ quie-  
tis. l. 3. c. 29.
- XII. 20 Si aliter sit illis, quàm cupi-  
ant: citò mouentur & tristes  
fiunt. l. 1. c. 14.
- XI. 21 Qui veram & æternam  
gloriam desiderat, temporalem  
non curat. l. 2. c. 6
- X. 22 O quam bonum & pacifi-  
cum de alijs silere: nec indiffe-  
renter omnia credere, neque de  
facili ulterius effari. l. 3. c. 50.
- IX. 23 O qui scintillam haberet  
veræ charitatis, profectò om-  
nia terrena sentiret plena esse  
vanitatis. l. 1. c. 15.
- VIII. 24 Sancti mei non habue-  
runt consolationes, sed patien-  
tenter sustinuerunt se in om-  
nibus. l. 3. c. 40.
- VII. 25. Nec inimicum diaboli ti-  
mebis, si fueris fide armatus, &  
Iesu cruce signatus. l. 2. c. 12.



- VI 26 Ad minus sustine patienter, si  
non potes gaudenter, l. 3. c. 26.
- V 27 Pone te primo in pace: & tunc  
alios poteris pacificare, l. 2. c. 3.
- IV 28 Cui æternum verbum loquitur.  
à multis opinionibus expeditur, l. 1. c. 3.
- III 29 Verba viam ostendunt, sed tu  
confortas ad ambulandum, l. 3. c. 2.
- Prid. 30 Qui timorem Dei postponit,  
diu stare in bono non valebit,  
sed Diaboli laqueos citius incurret, l. 1. c. 24.

Dies  
mensis.

## OCTOBER.

- Kal. 1 **Q**uam bonum, DEVM semper inspectorem cordis  
querere, nec omni vento verborum circumferri, l. 3. c. 50.
- VI 2 Site subtraxeris à superfluis  
locutionibus, nec non à novitatibus & rumoribus audien-  
dis, invenies tempus sufficiens & aptum ad bonis meditationibus  
insistendum, l. 1. c. 29.

Mali



V. 3

Mali nunquam habent veram lætitiã, nec internam sentiunt pacem, l. 2. c. 6.

IV. 4

Animalis homo non no-  
uit interni hominis libertatem,  
l. 2. c. 58.

III. 5

Si essent omnes perfecti,  
quid tunc haberemus ab alijs  
pro Deo pati. l. 1. c. 19.

Prid. 6

Quando nudus nudum  
IESVM sequeris, recedet  
immoderatus timor, & in-  
ordinatus amor morietur. lib.  
3. c. 42.

Non. 7

Si ad vulnera & pretiosa  
stigmata Iesu deuotè confugi-  
es, & magnam in tribulatione  
confortationem senties, nec  
multum curabis hominum de-  
spectiones, faciliterque verba  
detrahentium perferes. lib. 2.  
cap. 1.

VIII. 8

Ah! longa vita non semper  
emendat; sed sæpe culpam ma-  
gis auget. l. 1. c. 23.

VII. 9

Quod pati nolo, omni-  
modè cauere debeo. l. 3. c. 50.

VI. 10

Quid hic circumspicis, cum  
iste



iste non sit locus tuæ requieti-  
onis, l. 2. c. 1.

V. 11 Multum contrariatur su-  
pernae visitationi falsa libertas  
animi, & magna confidentia  
sui. l. 2. c. 10.

IV. 12 Rarus fidus amicus in  
cunctis amici perseverans pres-  
suris. l. 3. c. 30.

III, 13 Bene semper agere, & mo-  
dicum de se tenere, humilis a-  
nimæ indicium est. l. 2. c. 6.

Prid. 14 Pro utilitate indigentis,  
opus bonum aliquando inter-  
mittendum est, aut etiam pro  
meliori mutandum. lib. 1. cap.  
15.

Idib. 15 Quia non audes resistere  
altiori potestati sub dominio  
constitutus, ideo durum tibi  
videtur ad nutum alterius am-  
bulare, & omne proprium  
sentire ommittere. l. 3. c. 54.

XVII. 16 Alta verba non faci-  
unt sanctum & iustum: sed  
virtuosa vita efficit Deo cha-  
rum. l. 1. c. 1.

XVI, 17.



- XVI** 17 Humilem DEVS protegit & liberat: humilem diligit & consolatur: humili homini se inclinatur, l. 2. c. 2.
- XV** 18 Adhuc (prôdolor) viuit in me verus homo, non est totus crucifixus, non est perfectè mortuus, l. 3. c. 39.
- XIV** 19 Omnis homo naturaliter scire desiderat: sed scientia sine timore DEI quid importat? l. 2. c. 2.
- XIII** 28 Duabus alis homo subleuatur à terrenis, simplicitate scilicet, & puritate, l. 2. c. 4.
- XII** 21 Parum satis est, vt verba interdum sustineas, qui necdum fortia verbera tolerare vales, l. 3 c. 51.
- XI** 22. Quanto altius quis in spiritu profecerit tanto grauiores crucces sæpè inueniet, quia exilij sui pcena magis ex amore crescit, l. 2. c. 12.
- X** 23 Disce nunc omnia contemnerè, vt tunc possis liberè ad Christum pergere, l. 1. c. 23.
- Natu



IX 24 Natura cupida est, & libentius accipit, quàm donat, gratia beatius judicat dare, quàm accipere, l. 3. c. 59.

VIII 25 Frenagulam, & omnem carnis inclinationem facilius frenabis, l. 1. c. 19.

VII 26 Reuera peccator es, & multis passionibus obnoxius & implicatus, l. 3. c. 5.

VI 2 Qui gratiam Dei retinere desiderat, sit gratus pro gratia Dei data, patiens pro sublata; oret ut redeat; cautus sit & humilis ne amittat. l. 2. c. 10.

V 28 Loquere mihi Domine ad qualemcunq; animæ meæ consolationem, & ad totius vitæ emendationem, l. 3. c. 21.

IV 29 Cognosce te indignum diuina consolatione, sed magis dignum multa tribulatione, lib. 1. cap. 21.

III. 30 Datur consolatio diuina, ut homo fortior sit ad sustinendum aduersa, l. 2. c. 9.

Prud. 31 Natura quarit curiosa habet



habere & pulchra & horret vir-  
lia & grossa: gratia vero simplicibus  
delectatur & humilibus  
aspera nō aspernatur, nec veter-  
stis refugit indui pannis: l. 3. 59.

Dies

mensis

NOVEMBER.

Kal. 1.

**M**iser es vbiunque fueris, &  
quocunque te verteris, nisi  
ad DEVM te conuertas, l. 1.  
c. 22.

IV. 2.

Bene etiam consulis, & alios  
nosti roborare verbis: sed cum  
ad januam tuam venit repenti-  
na tribulatio deficis consilio &  
robore, l. 3.

III. 3.

Christus habuit aduersarios,  
& oblocutores: & tu vis omnes  
habere amicos & benefactores.  
l. 2. cap. 1.

Prid. 4.

Si frequentius de morte tua  
quam de longitudine vite tue  
cogitares, non dubium, quod  
feruentius te emendares, l. 1.  
cap: 21

Non. 5.

Non curat inimicus, an ve-  
ris, an falsis illudat & decipiat.



& vtrum præsentium amore  
an futurorum formidine pro-  
sternat, l. 3. c. 35.

VIII. 6. Credis te evadere, quod nul-  
lus mortalium potuit præteri-  
re? quis sanctorum in mundo  
sine cruce & tribulatione fuit?  
l. 2. c. 12.

VII. 7. Certa viriliter, consuetudo  
consuetudine vincitur, l. 1. c. 21.

VI. 8. Suscepi de manu tua crucem,  
portabo eam vsque ad mortem,  
sicut imposuisti mihi, l. 3.

V. 9. Non est virtus hominis, sed  
gratia Christi quæ tanta potest  
& agit in carne fragili, vt, quod  
naturaliter semper abhorret &  
fugit hoc feruore spiritus  
aggrediatur & diligit, l. 2.  
cap. 12.

IV. 10. Quanto quis in se humi-  
lior fuerit, & Deo subiectior,  
tantò in omnibus erit sapienti-  
or, l. 1. c. 4.

III. II. Natura de defectu & mo-  
lestia





molestia cito conqueritur  
gratia constanter fert inopiam  
l. 3.

Prid. 12.

Quantò amplius tibi  
ipfi nunc parcis, & carnè seque-  
ris, tantò durius postea penas  
lues, & maiorem materiam con-  
burendi reseruas, l. 1. c. 24.

Idib. 13

A fabulosis & incautis  
hominibus, protege me Domi-  
ne, ne in manus eorum inci-  
dam, nec vnquam talia com-  
mittam, l. 3. c. 50.

XVIII 14

Quando ad hoc veneris,  
quod tribulatio tibi dulcis est,  
& sapit pro Christo tunc beate  
tecum esse existima, l. 2. c. 12.

XVII 15

Nemo dignus est celesti  
consolatione, nisi diligenter  
se exercuerit in sancta compen-  
satione, l. 2. c. 20.

XVI 16

Natura confusionem  
timet & contemptum: gratia  
autem gaudet pro nomine lesa  
contumeliam pati, l. 3. c. 19.

XV 17

Quando male habes, &  
tribularis: tunc tempus est  
pro-



promerendi, lib. I. cap. 22.

XIV 18 Ita mortuus deberes esse  
talibus affectionibus dilectorum  
hominum, vt quantum ad te  
pertinet sine omni humano  
optares esse consortio. l. 3. c. 47.

XIII 19 Castiga nunc corpus tuum  
per pœnitentiam, vt tunc va-  
leas certam habere confidenti-  
am, l. 1. c. 23.

XII 20. Et si eligendum tibi esset,  
magis optare deberes pro Chri-  
sto aduersa pati, quam multis  
consolationibus recreari. quia  
Christo similior esses, & om-  
nibus sanctis eius conformior,  
l. 2. c. 12.

XI 21 Cogita peccata tua cum  
displicentia magna & meero-  
re, & nunquam reputes te ali-  
quid esse, l. 3. c. 5.

X 22 Mel us est modo purgare  
peccata, & vitia resiccare, quam  
in futurum purganda reserua-  
re, l. 1. c. 24.

IX 23 Natura libenter honorem  
& reuerentiam accipit: gratia  
C 3 verò



verò omnem honorem & gloriam Deo fideliter attribuit, l. 3. c. 59.

VIII. 24 Tamdiu castigari debet caro & cogi seruituti subesse, donec parata sit ad omnia, paucisque contentari discat, ac simplicibus delectari, nec contra aliquod inconueniens murmurare, l. 3. c. 12.

VII. 25. Magna sapientia est, non esse præcipitem in agendis, nec pertinaciter in proprijs sensibus stare, l. 1. cap. 4.

VI. 26 Plures mundum libentius audiunt, quam Deum: facilius sequuntur carnis suæ appetitum, quam Deibenepacitum, l. 5. c. 3.

V. 27 Multum proficies, si te feriatum ab omni cura temporali reputaueris, l. 2. c. 5.

IV. 28 Placeat tibi super omnia æterna veritas, displiceat super omnia vilitas tua maxima, l. 3. c. 5.

III. 9 Quando homo bonæ voluntat-



luntatis tribulatur, vel tenta-  
tur, aut malis cogitationibus  
affligitur, tunc Deum sibi ma-  
gis intelligit necessarium, sine  
quo nihil boni se posse depre-  
hendit, l. 1. c. 2.

Prid. 30. Si quæris in omnibus IESVM,  
inuenies utique Jesum; si au-  
tem quæris te ipsum, in-  
uenies etiam te ipsum; sed ad  
tuam perniciem, l. 2. c. 7.

Dies  
mensis

## DECEMBER.

Kal. 1. HOMO qui necdum perfectè  
in se mortuus est, citò ten-  
tatur, & vincitur in paruis, &  
in vilibus rebus, l. 1. c. 6.

IV. 2. Amor Dei vult esse liber, &  
ab omni mundana affectione a-  
lienus, l. 3. c. 6.

III. 3. Initium omnium malarum  
tentationum, inconstantia a-  
nimi, & parua ad Deum confi-  
dentia, l. 1. c. 13.

C 4

Prid. 4



Prid. 4

Consequentur magnam  
cordis libertatem, qui arctam  
pro nomine tuo ingrediuntur  
viam, & omnem mundanam  
neglexerint curam, l. 3. c. 11.

Non 5

Ne glorieris in diuitijs, si  
adsunt: sed in Deo, qui omnia  
præstat, & seipsum super omnia  
dare desiderat, l. 2. c. 7.

VIII 6

Prudens amator non tam  
donum amantis considerat,  
quam dantis amorem, l. 3. c. 7.

VII 7

Graue est, assueta dimittere:  
sed grauius est, contra propriam  
voluntatem ire, l. 1. c. 11.

VI 8

Citius namque exterior vitu-  
citur inimicus, si interior ho-  
mo non fuerit deuastatus, lib.  
3. cap. 14.

V 9

Non confidas, nec innitaris  
super calamum ventosum: quia  
omnis caro fœnum, & omnis  
gloria eius vt flos fœni cadit,  
l. 2. cap. 7.

IV 10

Melius est modicum sape-  
re cum humilitate, & parua in-  
telligentia, quam magni scien-

tiarum



tiarum thesauri cum vana cō-  
placencia, l. 3. c. 8.

III It

Sine charitate opus exter-  
num nihil prodest: quidquid  
autem ex charitate agitur, quā-  
tumcunque etiam paruum sit,  
& despectum, totum efficitur  
fructuosum, l. 1. c. 15.

Prid. 12

Quod si omnia solatia  
mundi solus haberem, & om-  
nibus delitijs frui possem, cer-  
tum est, quod diu durare non  
possent, l. 3. c. 18.

Idib. 13

Quam felix & prudens  
qui talis nunc nititur esse in  
vita, qualis optat inueniri in  
morte, l. 1. c. 23.

XIX 14

Conuerte nos ad te Do-  
mine, vt simus grati, humiles,  
& deuoti: quia salus nostra tu  
es, virtus & fortitudo nostra.  
l. 3. c. 9.

XVIII 15

Quando gratia Dei ve-  
nit ad hominem, tunc potens  
fit ad omnia: & quando rece-  
dit, tunc pauper & infirmus  
erit, & quasi tantum ad fla-  
gella

C 5

gella



flagella relictus, l. 2. cap 8.

XVII 16

O quàm profunde me  
submittere debeo sub abyssi-  
bus iudicijs tuis Domine, vbi  
nihil aliud me esse inuenio,  
quam nihil & nihil, l. 3. c. 15.

XVI 17

Ecce non potes duo gau-  
dia habere: delectari hic in mū-  
do, & postea regnare in cœlo  
cum Christo, l. 1. c. 24

XV 18

Domine libenter patiar  
pro te, quidquid volueris veni-  
re super me, l. 3. c. 19.

XIV 19

Valde grauatur homo  
interior necessitatibus corpo-  
ralibus in hoc mundo, lib. I.  
cap. 22.

XIII 20

Elige semper minus quam  
plus habere, l. 3. c. 25.

XII 21

Reprehenditur frequen-  
ter mundus, quod fallax sit &  
vanus, nec tamen facile relin-  
quitur, quia concupiscentiæ  
carnis nimis dominantur, l. 3.  
cap. 22.

XI 22

Si vidisti aliquando homi-  
nem



nem mori, cogita, quia & tu per eandem viam transibis, lib. I. cap. 23.

X 23 Non est verus patiens, qui non vult pati, nisi quantum sibi placuerit, l. 3. c. 21.

IX 24 Semper cum timore Dei & cordis humilitate desiderandum est, & petendum, quicquid desiderabile menti occurrit, l. 3. c. 16.

VIII 25 In quibus homo peccavit, ex illis grauius punietur, l. 2. c. 24.

VII 26 Neque tunc aliquid magnite reputes, aut specialiter dilectum existimes, si in magna fueris deuotione atque dulcedine: quia in istis non cognoscitur verus amator virtutis nec in istis consistit profectus & perfectio hominis, lib. 3 cap. 29.

VI 27 Qui omnibus viliores se aestimat, aptior est ad percipiendum maiora, l. 3. c. 24.

V 28 Vbique profectum tuum  
C 6 capias



capias : vt si bona exempla videas, vel audias, ad imitandum accendaris . Si quid autem reprehensibile consideraeris caue ne idem facias , lib. 1. c. 25.

IV 29

Tu non indiges respondere pro alijs , sed pro te ipso rationem reddes , l. 3. c. 28.

III 30

Adhuc tepescimus auditis tot signis tuis & doctrinis: quid fieret , si tantum lumen ad sequendum te non haberemus. l. 3. c. 20.

Prid. 31

Non me vincat , DEVS meus , non vincat caro & sanguis, non me decipiat mundus & brevis gloria eius, non me supplantet diabolus & astucia illius, l. 3. c. 30.

os(o)so



AP.



APPENDIC V L A  
CALENDARI II  
THOMÆ I

seu

Conuiuia XXV Eucha-  
ristica.

Ex

*Quarto libro de Imitatione  
Christi, Thoma de Kempis  
deprompta.*



---

ANNO M. DC. LI,



## PRÆFATIVNCVLA.

**A**PPENDICVLA HÆC  
 Sodalibus Parthenijs pro-  
 priè fuerat imputata: quorum legi-  
 bus SS. EVCHARISTIA per an-  
 num obiri & frequentari toties,  
 hoc est, vicies quinquies consuevit.  
 Sed quid prohibet etiam non ad-  
 scriptum Sodalitati Mariane, sub-  
 inde his vti bellarijs: vtere eius diei,  
 quo tibi ad sacram mensam libuit  
 accedere. Neque vero vetitum est,  
 etiam binas ternasve sententias ad-  
 eoq; plures eo die, quo sacrum epu-  
 lum obieris, degustare.

I. CON-



I.

## CONVIVIVM.

I. Dñica  
Januarij

ACCIPITE & comedite:  
hoc est Corpus meum,  
quod pro vobis tradetur : hoc  
facite in meam commemora-  
tionem.

cap. I.

II.

## CONVIVIVM.

Die  
Circú-  
cisionis  
Dñi.

Quid sibi vult ista pijsissima  
dignatio, & tam amicabilis in-  
uitatio ? quomodo ausus ero  
venire, qui nihil boni mihi con-  
scijs sum?

cap. I.

III.

## CONVIVIVM.

I.  
Dñica  
Februa-  
rij.

O quam suavis est Do-  
mine, Spiritus tuus! qui vt dul-  
cedinem tuam in filios demon-  
strares, pane suavissimo de cæ-  
lo descendente illos reficere  
dignaris.

cap. 13.

## IV. CON-



IV.

## CONVIVIVM.

Die  
Purifi-  
cationis  
B. Vir-  
ginis.

cap. 4.

Est hoc altissimum & dignis-  
simum sacramentum, salus ani-  
mæ & Corporis, medicina om-  
nis spiritualis languoris, in quo  
vitia curantur: passiones fre-  
nantur, tentationes vincun-  
tur.

V.

## CONVIVIVM.

1.  
Dñica  
Martij.

cap. 18.

Cauendum est tibi à curiosa  
& inutili perscrutatione huius  
profundissimi Sacramenti: plus  
valet Deus operari, quam ho-  
mo intelligere: fides à te exig-  
tur & sincera vita, non altitu-  
do intellectus, neque profundi-  
tas Mysteriorum Dei.

VI.

## CONVIVIVM.

Die  
Resur-  
rectio-  
nis Dñi.

Ego cor purum quero; & ibi  
est locus requietionis meæ, dicit  
Dominus. Para mihi cenacu-  
lum



lum grande stratum, & faciam  
apud te Pascha cum discipulis  
meis.

cap. 4.

VII.

CONVIVIUM.

Die  
Annū-  
ciatio-  
nis B.  
Mariæ  
Virginis

O Deus meus, amor æter-  
nus, totum bonum meum, fe-  
licitas interminabilis: cupio te  
suscipere cum vehementissimo  
desiderio & dignissima reue-  
rentiâ; quam aliquis sancto-  
rum habuit, & sentire potuit.

cap. 17.

V. II.

CONVIVIUM.

I.  
Dñica  
Aprilis.

In hoc, ô Domine, imbecil-  
litati meæ consulis, quod te sub  
Sacramento abscondis. Habeo  
verò, & adoro, quem Angeli  
adorant in cælo.

cap. II.

IX.

CONVIVIUM.

I.  
Dñica  
Maij,

Hæc est vna principalis fide-  
lis animæ consolatio, quamdiu  
peregrinatur à te in mortali  
corpore, vt sit sæpius memor

D



cap. 3. Dei sui, dilectum suum deuota  
fufcipiat mente.

X.

Die  
Ascen-  
fionis  
Domini

## CONVIVIUM.

cap. 6. Cum tuam dignitatem Do-  
mine & meam vilitatem pen-  
fo, valde contremifco, & in  
me ipfo confundor. Si enim  
non accedo, vitam fugio: & fi  
indignè me ingeffero, offenfam  
incurro.

XI.

Die  
Pente-  
coftes.

## CONVIVIUM.

cap. 12. Quis ad fontem fuauita-  
tis humiliter accedens, non  
modicum fuauitatis inde re-  
portat? aut quis iuxta ignem  
copiofum ftans, non parum  
caloris inde percipit? Et  
tu, Domine, fons es femper  
plenus, & fuperabundans: ig-  
nis iugiter ardens & nunquam  
deficiens.

XII.



XII.

## CONVIVIVM.

*Festo  
Corpo-  
risChri-  
sti.*

Quando recordor Devo-  
torum aliquorum ad Sacra-  
mentum tuum, Domine, cum  
maximâ deuotione & affectu  
accedentium; tunc sæpius in  
meipso confundor, & erubef-  
co; quod ad altare tuum & sa-  
cræ communionis mensam  
tam tepidè & frigidè accedo.

*cap. 4.*

XIII.

## CONVIVIVM.

*I,  
Dñica  
Iunij,*

Hic in Sacramento alta-  
ris totus præsens es, Deus me-  
us, homo Christus IESVS: vbi  
& copiosus percipitur æternæ  
salutis fructus, quotiescun-  
que fueris dignè ac de-  
uotè suscep-  
tus.

*cap. 4.*

XIV.



## XIV.

## CONVIVIVM.

Festo

SS. Petri  
& Pauli

cap. 5.

Non hoc meritis debetur  
hominum, quod homo confe-  
cret, & tractet Christi Sacra-  
mentum, & sumat in cibum,  
panem Angelorum.

## XV.

## CONVIVIVM.

I.  
Dñica  
Iulij.

cap. 13.

Quæ est alia gens tam incli-  
ta, sicut plebs Christiana? aut  
quæ creatura sub cælo tam di-  
lecta, ut anima devota, ad quæ  
ingreditur Deus, ut pascat eam  
carne sua gloriosâ.

## XVI.

## CONVIVIVM.

I. Dñica  
Augusti

cap. 2.

Super bonitate & magna  
misericordia tua, Domine, cõ-  
fusus, accedo æger ad medicum  
& Saluatorem, esuriens & siti-  
ens ad fontem vitæ, egenus ad  
regem cœli, servus ad Dominũ,  
creatura ad creatorẽ, <sup>desolatus</sup>  
ad meum pium consolatorem.

## XVII.



XVII.

## CONVIVIUM.

*Festo Assumptionis B. M. Virginis*  
 Prô dolor: quidam tepidi & dissoluti moras confitendi libenter accipiunt, & communionem sacram idcirco differre cupiunt, ne ad maiorem sui custodiam se dare teneantur. Heu quàm modicam charitatem, & debilem deuotionem habemus.

cap. 10.

XVIII.

## CONVIVIUM.

*I. Dñica Septembris.*  
 O mira circa nos tuæ pietatis dignatio, quâ tu Domine Deus, creator & viuificator omnium spirituum ad pauperculam dignaris venire animã, & cum totâ diuinitate tuâ ac humanitate eius impinguare & suriem.

cap. 3.

XIX.

## CONVIVIUM.

*Die Natiuitatis B. M. Virginis.*  
 Suscipe me, Domine, cum hac sancta oblatione tui pretios

os



osi corporis, quam tibi hodie  
in præsentia Angelorum inui-  
sibiliter assistentium offero: vt  
sit pro me & pro cuncto popu-  
lo tuo in salutem.

cap. 9.

XX.

## CONVIVIVM.

I.  
Dñica  
Octo-  
bris.

Cum quidam sacra com-  
munioni se aptare disponunt,  
peiores Satanæ immisiones  
patiuntur: Ipse enim nequam  
spiritus (vt in Iob scribitur)  
venit inter filios Dei.

cap. 10.

XXI.

## CONVIVIVM.

Festo  
omniũ  
Sancto-  
rum.

Diligenter examina con-  
scientiam tuam, & pro posse  
tuo verâ contritione & humili  
confessione eam munda & cla-  
rifica, ita vt nil graue habeas  
aut scias, quod te remordeat, &  
liberum accessum impediât.

cap. 7.

XXII.

## CONVIVIVM.

I. Dñica  
Nouẽ-  
bris.

Domine, in simplicitate  
cordis,



cordis, in bona firma fide, & in  
tua iussione ad te cum spe &  
& reuerentiâ accedo? & verè  
credo, quia tu præsens es hic in  
cap. 4. Sacramento, Deus & homo.

## XXIII.

## CONVIVIVM.

I. Dñica.  
Decéb.

Ecce sto ante te Domine,  
pauper & nudus gratiam po-  
stulans, & misericordiam im-  
plorans. Refice esurientem me-  
dicum tuum? accende frigidi-  
tatem meam igne amoris tui;  
illumina cæcitatem meam cla-  
ritate præsentia tuae.

cap. 16.

## XXIV.

## CONVIVIVM.

Festo  
Cõcep-  
tionis  
B.M.V.  
cap. 15.

O quam magna multitu-  
do dulcedinis tuæ, Domine,  
quam abscondisti timētibus te.

## XXV.

## CONVIVIVM.

Die  
Natalis

Domini pro gratia ista, pro charitate  
tam.

tam.



tam eximia ? Non est aliud  
quod gratius donem, quam vt  
cor meum Deo meo tota-  
liter tribuam, & inti-  
mè coniungam.


cap. 13.

FINIS.



omne mandatum  
et cetera  
et cetera




















Th  
3244